



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De femina quæ furore zeli accensa ancillam suam verberauerit, & sic perierit. Cap. XIX.*

**S**I qua domina furore zeli accensa, flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt infra diem tertium animã cruciatu effundat, eo quod incertum sit volutate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos, si casu, per quin-  
*Ex cõcil. Etiberta. cap. 5.*

*De eadem re. Cap. XX.*

**S**I quis hominem publicè pœnitentem interfecerit, vt homicidium spõtè commissum dupliciter pœniteat, & nisi in fine non communicet.  
*Ex decr. Siluestr. papa.*

*De illis qui in opere necessario casu homicidium perpetrauerint. Cap. XXI.*

**S**Epe contingit, vt dum quis operi necessario insistens arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniẽs deprimatur. Et idcirco, si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, vt homicida pœnitentiã debet omnino submitti. Quod non voto, sed incuria illius, non denique sententia contingit, sed dum ille operi necessario fortassis incuberet, iste insperatus, occurrit sub arbore, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida.  
*Ex cõcil. Vormacia. ca. 5.*

*De eadem re. Cap. XXII.*

**S**I duo fratres in sylua arbores succiderint, & appropinquante casura vnus arboris, frater fratri dixerit caue, & ille fugiens in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit, viuens frater innocens de sanguine germani di-  
*Ex cõcil. Triburt. cap. 17.*

*De illis qui in publico bello homicidia cõmittunt. Cap. XXIII. Ex cõcil.*

**O**portet autem diligẽtius eos admonere, qui homicidia in bello perpetrata pro nihilo ducunt, excusantes non ideo necesse habere de singulis facere pœnitentiam, eo quod iussu principũ peractum sit, & Dei iudicio ita finitum. Scimus enim, quod Dei iudicium semper iustum est, & nulla reprehensione dignum. Sed tamẽ oportet eos considerare, qui hanc necem nefariam cupiunt, vt eorã oculis Dei, quasi innoxios excusare possint, qui  
*Moguti. cap. 2.*